Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In diebus illis. Misit herodes rex manus
ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem
iacobum fratrem iohannis gladio. Videns autem
quia placeret iudeis. apposuit apprehendere
et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum
apprehendisset misit in carcerem tradens quatuor
quaternionibus militum custodiendum
volens post pascha producere eum populo. Et pe
trus quidem seruabatur in carcere. oratio autem
fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro
eum autem producturus eum erat herodes. in ipsa noc
te erat petrus dormiens inter duos milites.
uinctus catenis duabus. et custodes ante ostium
custodiebant carcerem. Et ecce angelus
domini astitit. et lumen refulsit in habitaculo.
percusso latere petri excitauit eum dicens. Surge
uelociter. Et ceciderunt catene de manibus
eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere. et
calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi.
Circumda tibi uestimentum tuum. et sequere me.
Et exiens sequebatur eum. et nesciebat quia ueritatem